Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1937
Quelle:
Copyright:

weil ſie daſs ampt halten in der khirchen vor der Chriſtlichen gemain, daſs ſie vnnd wir nicht gefunden werden, alſs die vndanckbarn gottes vergeſſene ſchwirmer, Sacrament ſchender, widertauffer, ſchwenckfelder, Oſianderiſten, boeſe Chriſten, vnnd alle keczer. Wie auch die vnuerſchampten Zwingliſchen thuen &c. Ita et Papam, Cardinales, Epiſcopos &c. emendari ſolum vult. In ultima adlocutione ad *Maximilianum* de Pictore ſuo, quod arti pepercisset, conqueritur. At is nullam ſane habuit. Riſum movet *fol.* 21. p. 2. *Petrus Malchi* auriculam praeſecans, lineo, quod vocant, *Superpellicio* indutus, et multa alia. Fortaſſis et Tiara pontificia *fol.* 65. ſplendide deaurata ad votum *Tullingii* non fuit.

CCCCXCVIII.

830 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 72. 8. nitide ſcriptus Opuſcula II. continet *Benedicti Tulling* illius, de quo *Cod.* praeced. actum eſt. Priore iterum ad *Maximilianum* II. a. 1565. directo contra invaleſcentem Vitae intemperantiam et dirum execrandi imprecandique morem maxime in caſtris uſitatum declamat, eique adtribuit, quod hactenus contra binos Hoſtes: *den erſchrocklichen grauſſamenn turckenn, vnnd den mortlichen beslichenn Muſchkawiter* parum effectum ſit, ſubjectis etiam conſiliis, quibus his malis mederi conveniat. Altero, quod inſcribitur: *Feldt Büchlein vor die Junge kriegesleut*, item anni 1565. Vitae chriſtianae normam Militibus tradit. Rationes omnes e ſacris Literis repetit, indeque loca plurima recitat, immixtis paſſim rhythmis, quorum ut ſpecimen aliquod adſcribam, poſtquam ſub finem dixiſſet, ſe deſertum ab uxore peſſima in ſummam inopiam incidiſſe, quod expectandum erat, ſubdit:

Wo nun mein allergenedigiſter Herr
Mich begnaden wolt ſo ſeher
Mich verſechen mith einem Ihar gelt
Wie das Ihrer Maieſtat gefeldt
Oder mit einer Prouiſion oder Prebent
Wie ſolches Ire Maieſtat erkenndt &c.

ſe plus quam 20. annis per *Zelandiam*, *Hollandiam*, *Brabantiam*, *Flandriam*, *Germaniam* et *Galliam* variis Dominis ſerviiſſe, agere nunc annum ſexageſimum, viribus et oculorum acie ſenſim deſtitui, et quae ſunt hujusmodi una Satirici confeſſione expreſſa:

Paupertas impulit atrox,
Ut verſus facerem.

CCCCXCIX.